

. . . .¹ Et ne suprascripta² statuta. salubria. et bona vñquam³ ab aliquo confratrum⁴ violentur. sed bona fide absque omni dolo et fraude ab⁵ omnibus confratribus nostri / monasterii obseruentur qui pro tempore fuerint. promisimus⁶ nos frater Alberthus⁷ de Richenstein⁸ decanus. frater Eglolfus de Altstetten. frater Burkardus / de Wolfurt⁹. et frater Hainricus¹⁰ de Lophain¹¹ honorabili¹² domino Iohanni¹³ abbatи prescripto per fidem nostram et cuiuslibet nostrum nomine iuramenti ad / fidelem. omnium predictorum statutorum obseruanciam totis temporibus vite nostre. Et submisimus nos punicioni¹⁴ penarum subsecutarum¹⁵ in casu quo nos uel / aliquis nostrum predicta non curauerit obseruare¹⁶. /

Cuiuslibet misse publice uel prioris et matutini. modo ut supra ordinatur. cantandorum. neglector. puniatur in sex denariis¹⁷ constanciensi bus¹⁸ / Aliarum uero horarum cum nota celebrandarum neglector mulctetur¹⁹ pro qualibet hora²⁰ sic neglecta in tribus denariis constanciensi bus / Quicumque uero confratrum²¹ diebus priuatis se a communi lectione et oracioni²² horarum canonicarum in choro / facienda sine causa necessaria absentarit tribuat tres denarios Constancienses. / §²³ Neglector vigiliarum mortuorum²⁴ in tempore quadragesime vt prescribitur dicendarum puniatur in tribus denariis. / §²³ Primissarius²⁵ vero pro qualibet missa priore non cantanda nec²⁶ per alium supleta. neglecta puniatur in vj.²⁷ denariis Constanciensi bus eodem modo puniatur si anniversarium aliquod obmiserit²⁸.

§²³ Et quia dominus Iohannes Cuonradell²⁹ Cappellanus sancte marie magdalene Et dominus Georius Wallae³⁰ plebanus ecclesie sancti Euorti³¹ ambo et quibus in³² / eciam³³ sua fide nomine juramenti dicto domino abbatи promiserunt omnibus horis canonicas et missis cum nota cantandis³⁴ presencialiter interesse idcirco pari / pena³⁵ pro quolibet. vt preferatur neglecto puniantur vt prescribitur . . .³⁶ Vero³⁷ prioris misse qui fuerit pro tempore dictam³⁸ pecuniam penalem a singulis reis recipiat et colligat et in usus prioris misse³⁹ / communes et vtiles prout abbatи et conuentui nostri monasterii qui fuerint videbitur expedire conuertat.

Necrologium Fabariense A im Archiv des Klosters Pfäfers im Stiftsarchiv St. Gallen (A). Pergamentheft in Folioformat, 1 mal gefalten. Stammt